



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

Ordo & modus administrandi Sacramentum Baptismi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

Locus in
quo bap-
tismus ad-
ministran-
dus.

XXXVIII. Denique & illud Pastores sciant, extra necessitatis casum, semper in templo, non autem in priuatis ædibus baptismum conferri debere.

ORDO ET MODVS
administrandi sacramentum
Baptismi.

I.
Agenda in
templi por-
ticu aut lo-
co à bap-
tisterio ac
choro dif-
finito.



- II. Acerdos baptismum collaturus superpelliceo & stola indutus baptizandum si adultus sit, alioquin paternos in porticu templi, aut ipso templo, loco tamen nonnihil à choro & baptisterio remoto stantes interroget, quid petant, Quibus se baptismum petere respondentibus, mox de sexu percunctetur, & si quidem masculus sit ad dexteram, sin foemella, ad sinistram statuatur, Postea quo nomine baptizandum vocari velint, roget, Quo intellecto ipse vultu ad orientem conuerso actionem ipsam aggrediatur, & quidem si ita videbitur, & temporis ac personarum ratio admittat, ab exhortatione ad circumstantes quæ ad calcem huius sacramenti infra subiecta est, signando se crucis signo dicat :

V.
Instructio-
ne de ba-
ptismi na-
tura & effe-
ctis finita
statim si-
gnandum.

In nomine Pa **✠** tris, & Fi **✠** lij, & Spiri-
tus **✠** sancti, Amen.

Deinde à susceptoribus quærat.

Begert ihr / daß diß Kinde getaufft werde

Respon-

Responſio Patrini.

Ja Herr.

Inde nomen baptizandi inquirat.

Gebt dem Kinde einen Chriſtlichen Nahmen.

Imposito nomine mox interrogationes de abrenun-
ciatione Sathanæ, & fide eo quo ſequuntur ór-
dine proponat Latinè, ſi Patrini Latinè
intelligant, alioqui lingua
vernacula.

N. Abrenuncias Sathanæ?

Wiederſagſtu den Teuffel?

R. Abrenuncio. Ich wiederſage.

Q. Et operibus eius?

Vnd allen ſeinen Wercken?

R. Abrenuncio. Ich wiederſage.

Q. Et omnibus pompis eius?

Vnd aller ſeiner Pracht?

R. Abrenuncio. Ich wiederſage.

**Q. Credis in Deum Patrem omnipotentem
creatorem coeli, & terræ?**

Glaubs du in Gott Vatter Allmechtigen Schöpffer Him-
mels / vnd der Erden?

R. Credo. Ich glaube.

**Q. Credis in Iesum Christum Filium eius
unicum, Dominum nostrum, natum &
passum?**

Basil. lib. de
Spir. S. cap.
27.
Chryſ. in
Pſal. 14.
Tertull de
corona mili-
tis cap. 3.
Cypr. de ex-
hortatione
martyrij
cap. 7.

Dionys. A-
reopag. Ec-
cleſiaſt. Hie-
rarch. cap. 2.
Cyrill. Hie-
roſol. Cate-
cheſi myſti-
ca 2.
Ambr. de ſa-
cramentis
lib. 2. cap. 7.
Hieronym.
dial contra
Lucif. c. 5.

B 3

Glaubs

Ordo baptizandi.

Glaubs du in Jesum Christum / seinen einigen Sohn / vnsern Herrn / der geboren ist / vnd gelitten hat ?

R. Credo. Ich glaube.

Q. Credis & in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiã Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam ?

Glaubs du auch in den heiligen Geist / ein heilige allgemeine Kirch / Gemeinschaft der Heiligen / Vergebung der Sünden / Auferstehung des Fleisches / vnd ein ewiges Leben ?

R. Credo. Ich glaub.

Tunc exsufflet Sacerdos ter in faciem baptizandi & dicat:

*Celest. epist.
1. cap. 12.
Aug. lib. 6.
contra Iulianum c. 2.
Ambr. lib. de
his qui myster.
iniciantur cap. 1.
Chrys. hom.
de Adam c.
Eua.*

- Ex-
suff-
let.** 1. Exi Satana da honorẽ Deo viuo & vero.
2. Exi immunde spiritus, da honorem Filio eius Iesu Christo Domino nostro.
3. Fuge immunde spiritus, da locum Spiritui sancto paraclito.

Postea Sacerdos dicat:

Pax tecum.

Respondeat minister:

Et cum Spiritu tuo.

Deinde faciat crucem pollice dextro in fronte baptizandi dicens:

*Basil. lib. de
Spir. S. c. 27.
August. de
catech. rudib.
cap. 20.*

Signum crucis ✠ Domini nostri Iesu Christi in frontem tuam pono.

Similiter & in pectore.

Signum

Ordo baptizandi.

15

Signum crucis ✠ Domini Iesu Christi in pectus tuum pono.

Notandum hic est in orationibus, sequentibus & Exorcismis pro sexus diuersitate genus mutandum esse, quemadmodum literę lineis interiectæ monent.

Sacerdos manus super caput baptizandi ponens dicat:

Dominus vobiscum.

Respondeat minister:

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus Pater Domini nostri Iesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum **N.** quem (**hanc famulam tuam, quam**) ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnē cæcitatem cordis ab eo (**ea**) repelle, dirūpe omnes laqueos Diaboli, quibus fuerat alligatus (**alligata**) **A**peri ei Domine ianuā pietatis tuæ, vt signo sapientiæ tuæ imbutus (**imbuta**) omniū cupiditatum foetoribus careat, & ad suauem odorē præceptorum tuorū letus (**leta**) tibi in Ecclesia tua deferuiat, & proficiat de die in diem, vt idoneus (**idonea**) efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina spirituali, per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Ore-

P Reces nostras quæsumus Domine clementer exaudi, & hunc famulū tuum **N.** (*hanc famulam tuam*) crucis Dominicæ (cuius impressione eum (*eam*) signamus) ✠ virtute custodi, vt magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta seruans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Si sal die Dominica cōsecratum ad manū sit, Exorcismus sequens cum benedictione illi inserta omitti potest, minus exorcizetur & consecretur dicendo:

Exorcizo te creatura salis in nomine Dei Patris omnipotentis, & in charitate Domini nostri Iesu Christi, & in virtute Spiritus sancti, Exorcizo te per Deum viuum, per Deum verū, per Deum sanctū, qui te ad tutelā generis humani procreauit, & populo ad credulitatē venienti per seruos suos cōsecrari præcepit, vt in nomine sanctæ Trinitatis efficiaris salutare sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noster, vt hanc creaturam salis sanctificando ✠ sanctifices, benedicendo ✠ benedicas, vt fiat omnibus accipientibus
perfe-

perfecta medicina, permanens in visceribus eorū in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem, Amen.

Deinde nominato infantis nomine modicum
salis in os eius mittat dicens:

N. Accipe salem sapientiæ, vt propitiustibi sit Dominus noster Iesus Christus in vitam æternam, Amen.

O remus.

DEus Patrum nostrorum, Deus vniuersæ conditor creaturæ, te supplices exoramus, vt hunc famulum tuum **N.** (*hanc famulam tuam N.*) respicere digneris propitiust, vt hoc primum pabulum salis gustantem non diutiùs esurire permittas, quò minùs cibo repleatur cœlesti, quatenus semper sit Domine Spiritu feruens, spe gaudens, tuo semper nomini seruiens, perduc eum (*eam*) ad nouæ regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur, per Christum Dominum nostrum, Amen.

C

Oratio-

Orationes super masculinum tantum dicendæ.

Si verò sit foemella verte folia.

Oremus.

DEus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, qui Moyfi famulo tuo in monte Synai apparuisti, & filios Israël de terra Ægypti eduxisti, deputans eis angelū pietatis tuæ, qui custodiret eos die ac nocte, te quæsumus Domine, vt mittere digneris sanctum angelum tuum, qui similiter custodiat & hunc famulum tuū, & perducatur eū ad gratiam baptismi tui, per Christū Dominum nostrum, Amen.

Exorcismus.

Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem Iesu Christo Filio eius, & Spiritui S. paracletico, & recede ab hoc famulo Dei N. quē Deus & Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, fontemq; baptismatis dono suæ gratiæ vocare dignatus est. Et hoc signū sanctæ **✠** crucis, quod nos fronti eius damus, tu maledicte Diabole nunquā audeas violare, per eundem qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculū per ignem, Amen.

Super

Ordo baptizandi.

19

Super masculos tantum.

Oremus.

DEus immortale presidium omnium postulatum, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum, te inuoco super hunc famulum tuum N. qui baptismi tui donum petens, aeternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat.

Sacerdos hic supposita manu sua capiti infantis, offerat eum Deo, dicens:

Accipe eum Domine, & quia dignatus es dicere, Petite & accipietis, quaerite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis, petenti itaque praemium porrige, & ianuam pande pulsanti, ut aeternam coelestis lauacri benedictionem **✠**consequutus, promissa tui muneris regna percipiat, per Christum Dominum nostrum, Amen.

Repletur; Ergo maledicte diabole recognosce, *ut supra.*

Hunc dicit super masculum exorcismum.

Audi maledicte Sathana, adiuratus per nomen aeterni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi Filij eius, cum tua victus inuidia gemens tremensque; discede, nihil tibi sit commune

C 2

cum

Ordo baptizandi.

cum hoc seruo Dei **N.** iam cœlestia cogitante, renunciantet tibi & sæculo tuo, & beata immortalitate victuro. Da igitur honorem aduenienti Spiritui sancto, qui ex summa cœli arce descendens, perturbatis fraudibus tuis diuino fonte purgatum pectus ac sanctificatum Deo templum & habitaculum perficiat, vt ab omnibus penitens nouis præteritorum criminum liberatus hic seruus Dei **N.** gratias perenni Deo referat semper, & benedicat nomen eius sanctum in secula sæculorum, Amen.

Exorcismus.

Exorcizo te immunde spiritus in nomine Pa⁺tris & Fi⁺lij & Spiritus⁺ sancti, vt ex eas & recedas ab hoc famulo Dei **N.** ipse enim tibi imperat maledicte diabole, atque damnate, qui pedibus suis super mare ambulauit, & mergenti Petro dextram porrexit.

Repetitur. Ergo maledicte diabole recognosce sententiam, vt supra.

Orationes super foemellas tantum dicendæ:

Oremus.

Oremus.

DEus cœli & terræ, Deus Angelorum,
 Deus Archangelorum, Deus Patriarcha-
 rum, Deus Prophetarum, Deus Apostolo-
 rum, Deus Martyrum, Deus Confessorum,
 Deus Virginum, Deus omnium benè vi-
 uentium, Deus cui omnis lingua confitetur,
 & omne genu flectitur cœlestium, terrestri-
 um, & infernorum, te inuoco super hanc fa-
 mulam tuam **N.** vt perducere eam digneris
 ad gratiam baptismi tui, per Christum Do-
 minum nostrum, Amen.

Exorcismus.

Ergo maledicte diabole recognosce sen-
 tentiam tuam, & da honorem Deo viuo &
 vero, da honorem Iesu Christo Filio eius,
 & Spiritui sancto paraclete, & recede ab hac
 famula Dei **N.** quam Deus & Dominus no-
 ster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam
 & benedictionem fontemque baptismatis
 dono suæ gratiæ vocare dignatus est, & hoc
 signum sanctæ **✠** crucis, quod nos fronti
 (hæc dicendo faciat crucem pollice dextro
 in fronte baptizandæ) eius damus, tu male-
 dicte

dicte diabole nunquam audeas violare, per eundem qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem, Amen.

Super foemellas tantum.

DEus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus qui tribus Israël de Ægyptiâ seruitute liberasti, & per Moysen famulū tuum de custodia mandatorum tuorum in deserto monuisti, & Susannam de falso crimine liberasti, te supplex deprecor Domine, vt liberet hanc famulam tuam **N.** & perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui, per Christum Dominum nostrum, Amen.

Repetitur. Ergo maledicte diabole, &c. vt supra. *Exorcismus super foemellas.*

Exorcizo te immūde spiritus per ✠ Patrē, & per ✠ Filiū, & Spiritū ✠ sanctū, vt exeas, & recedas ab hac famula Dei **N.** ipse enim imperat tibi maledicte, dānate atq; damnande, qui cœco nato oculos aperuit, & quatri-duanū Lazarū de monumento resuscitauit.

Repetitur. Ergo maledicte diabole, &c. vt supra.

Oratio sequēs dicenda est super baptizandū, siue sit masculus, siue foemella. Et potest etiā super vtrumq; dici.

Ore-

Oremus.

A Eternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, luminis, & veritatis auctor super hunc famulū tuum **N.** (*hanc famulam tuam N.*) vt digneris eum (*eam*) illuminare lumine intelligentiæ tuæ, munda eum (*eam*) & sanctifica, & da ei scientiā verā, vt idoneus (*idonea*) efficiatur accedere ad gratiā baptismi tui. Teneat spem firmam, consiliū rectum, doctrinā sanctam, vt aptus (*apta*) sit ad percipiēdum gratiam baptismi tui. Per Christum Dominū nostrum, Amen.

Sequitur Euangelium.

Sacerdos: Dominus vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos: **S**equentia S. Euangelij secundum Marcum.

Resp. **G**loriatibi Domine.

Hæc dicendo faciat pollice signum crucis in fronte, ore, & pectore infantis. Si autem adultus baptizatur, ipse se signet.

Sacerdos. In illō tempore offerebant Iesu ^{Marc. 10.} paruulos, vt tangeret illos, Discipuli autem com-

comminabantur offerentibus. Quos cum vidisset Iesus indignè tulit, & ait illis, finite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos, talium enim est regnum Dei, Amen dico vobis, Quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud, & complexans eos (*Hic ponat manum super caput baptizandi*) & imponens manus super illos, benedicebat eos. Pax tibi.

Hic Sacerdos moneat Patrinos & circumstantes vt pro salute infantis dicant deuotè symbolum Apostolorum, & Orationem Dominicam cum salutatione Angelica, idque hac aut simili verborum

forma:

Her geliebte im Herrn/dieweil diß Kind off ewer vnd seiner Eltern Christlich gesinnen heutigs tags zu Christo vnserm Herrn nach seine in jehvorgelessem Euan-gelio befehl durch die heilige Tauff bracht werden soll / so lasset vns Gott Allmechtigen den Batter der Barmhertzigkeit/mit demütigen zerschlagenem Herzen trewlich anruffen/ daß er selbiges Kindt mit gnedigen Augen ansehen/vnd durch seinen heiligen Geist Christo seinem Sohn vnserm Heiland vnd Erlöser einuerleiben wolle/daß es mit ihm in seinem Tode vergraben werde/auch mit ihm in einem neuen Leben auffstehe/ihme alle die Tage seines Lebens anhangen in wahrem allein seligmachenden Catholischen Glauben/ in fester Hoff-
nung

nung/ vnd feuriger vngeserbter Liebe/ vff daß es am grossen Tag
deß Herrn/ vor seinem Richter stuel/ mit frölichem vnerschrocke-
nem Gewissen erscheinen/ vnd das ewige Leben empfangen mö-
ge/ solches zuerhalten/ spricht mit mir den Glauben/ das Vatter
vnsrer/ vnd Englischen Grusz.

*Hac aut simili exhortatiunculâ præmissâ, ponat
manum super caput baptizandi, &
catechizandi, dicens:*

Credo in Deum Patrem omnipotentem,
creatorem coeli, & terræ. Et in Iesum Chri-
stum Filium eius vnicum Dominum no-
strum. Qui conceptus est de Spiritu sancto,
Natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio
Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. De-
scendit ad inferos, tertia die resurrexit à mor-
tuis. Ascendit ad coelos, sedet ad dexteram
Dei Patris, inde venturus est iudicare viuos &
mortuos. Credo in Spiritum sanctum, san-
ctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum com-
munionem, Remissionem peccatorum, Car-
nis resurrectionem, & vitam æternam, A-
men.

Pater noster qui es in coelis. Sanctificetur
nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat
voluntas tua, sicut in coelo, & in terra. Panem
nostrum quotidianum da nobis hodie. Et di-

D

mitte

mitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo, Amen.

Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus Christus. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ, Amen.

Hic admonendi sunt Patrini, vt informant baptizandum de fide, oratione Dominica, præceptis Decalogi, & Ecclesiæ, idque hac breui, aut simili forma inferius posita.

Admoni-
tio ad su-
scipientes.

I.

Shr Gevattern / nach dem ihr euch dieses Kindts auß Christlicher Liebe angenommen habt / So solt ihr neben den Eltern allen fleiß anwenden / daß es in dem Catholischen Glauben erzogen werde / die zwölff Articulen des Apostolischen Glaubens / das heilig Vatter vnser / sampt den Englischen Gruß / die zehen Gebott / vort alle Stück / welche allen Christen zu wissen nöthig / lerne. **U**nd wann es zu seinem Verstandt vnd Jahren kömpt erinnern / daß ihr von seinem wegen dem Sathan / mit allen seinen Wercken vñ Pracht abgesagt / auch die Bekänntuß des Glaubens gethan; vnd seyd dero halben schuldig / mit Gottes Gnaden daran zu seyn / daß es weder durch Betrug dieser Welt / noch Lust des Fleisches sich einigs wegs in Dienstbarkeit der Sünden brengen lasse / vnd dem abgesagten Feindt wiederumb etwas einraume / sondern Christo / dem es sich durch die Tauff ergeben / diene alle die Tag seines Lebens in

II.

bens in Heiligkeit vnd Gerechtigkeit. Vnd da künfftiger Zeit III.
 sich zutragen würd/ daß diß Kindt/durch ableiben der Eltern/
 oder sonst auff andere wege trostlos werden möchte/ daß jr als
 dann in der Noth die hilffliche Handt bietet / mit rath vnd that
 Beyständt thut/ sein zeitliche vnd ewige Wolsahrt trewlich be-
 fordert/vnd der gestalt euch in allen verhaltet / wie ihr wollet/
 daß euch vnd den ewern auff solchen Fall von andern widerfah-
 ren soll: Dahin euch dann auch die geistliche Verwandniß weis IV.
 sen soll/welche bey diesem Sacrament zwischen euch Gevattern
 vñ diesem Kindt sampt seinen natürlichen Eltern gemacht wird/
 die sich auch nach der Kirchen Ordnung dahin erstrecken thut/
 daß sie die eheliche Vermählung behindert/ versehe mich gänzt-
 lich zu euch/ihr seyd obgesagte Stück/gegen diesem ewern geist-
 lichen Kind zuverrichten willig vnd vrpjetig.

*Qua admonitione præmissa, atque patris ita se fa-
 cturos affirmantibus, imponat manum super
 caput baptizandi, dicens:*

Exorcismus.

Nec te lateat Satana imminere tibi poenas,
 imminere tibi tormēta, imminere tibi diem
 iudicij, diem supplicij sempiterni, qui ven-
 turus est velut clibanus ardens, in quo tibi ac
 vniuersis angelis tuis sempiternus veniet in-
 teritus. Proinde damnate atque damnande,
 da honorem Deo viuo & vero, da honorem
 Iesu Christo Filio eius & Spiritui sancto, in
 cuius nomine atq; virtute præcipio tibi qui-

cunque es spiritus immunde, vt ex eas & recedas ab hoc famulo (*ab hac famula*) Dei **N.** quem (*quam*) hodie Deus & Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam & benedictionem fontemq; baptismatis dono Spiritus sancti vocare dignatus est, vt fiat eius templum per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorum, in nomine eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem, Amen.

Deinde Sacerdos exspuat decenter, & modestè in manum sinistram, & pollice manus dextræ accipiat de saliu sua, & tangat aures, & nares baptizandi, dicens:

Ad aurem dextram: Ephpheta, quod est, **Ad aperire.** ✠

Ad nares: In odorem suauitatis. ✠

*Ambr. lib. 1.
de Sacram.
c. 1. & lib. de
his qui uer-
sus. in iuan-
tar cap. 1.*

Ad aurem sinistram: Tu autem effugare diabolo, appropinquabit enim iudicium Dei. ✠

*II.
Agenda a-
pud bapti-
sterium.*

I.

II.

III.

Et ista quidem in porticu templi, vel ad eius ostium, aut saltè loco non nihil à baptisterio remoto. Quibus ad eum modum ritè peractis itur ad fontem. Quò cum peruentum fuerit, obstetrix, aut eius partes agens infantem ita nudabit, vt pectus & scapulae inunctioni pateant. Sacerdos

dos interea oleum sacrum cum chrismate (nisi fortè iam antè id fecisset) ministro cæreum ardentem præferente ad fontem decenter deferet, atque altari vicino aut aliàs loco decenti reponet. Inde illatum in baptisterium infantem, si masculus sit, patrinus; si foemella, patrina in manibus tenebit; & si plures, ad baptizandum suscipiendum vocati sunt, hi manum admouebunt. Tum Sacerdos cõsistens iuxta fontem facie ad Orientem conuersâ, interrogationes sequentes proponat, atq; ad easdem sibi à baptizando, si adultus sit, si infans, à patrinis responderi iubeat.

IV.

V.

Interrogatio.

N. Abrenuncias Satanae, vel, **W**iedersagstu dem Teuffel?

Tertul. 18. de corona militis c. 2.

Responsio.

Abreuncio, vel, **I**ch widersage.

Interrogatio.

Et omnibus operibus eius? vel, **U**nd allen seinen Wercken?

Responsio.

Abreuncio: vel, **I**ch widersage.

Interrogatio.

Et omnibus pompis eius? vel, **U**nd aller seiner Pracht.

Responsio.

Abreuncio: vel, **I**ch widersage.

D 3

Inter-

Ordo baptizandi.

Interrogatio.

Cyrril. Hierosol. Catech. 2. m. 1. 1. 1. 1.

Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ? **vel**

Glaubs du in Gott Vatter Allmechtigen/ Schöpffer Himmels/ vnd der Erden?

Responsio.

Credo, **vel**, Ich glaube.

Interrogatio.

Credis in Iesum Christum, Filium eius vnicum Dominum nostrum, natum & passum? **vel**

Glaubs du in Iesum Christum/ seinen einzigen Sohn/ vnsern Herrn/ der geboren ist/ vnd gelitten hat?

Responsio.

Credo, **vel**. Ich glaube.

Interrogatio.

Credis in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam? **vel**.

Glaubs du in den heiligen Geist/ ein heilige allgemeyne Kirch/ Gemeinschaft der Heiligen/ Vergebung der Sünden/ Auferstehung des Fleisches/ vnd ein ewiges Leben.

Responsio.

Credo, **vel**. Ich glaub-

Deinde

Ordo baptizandi.

31

Deinde Sacerdos intincto pollice in oleo sancto, quod catechumenorum vocatur, faciat crucem in pectore, & inter scapulas super dorsum baptizandi, quem tum patrini tenebunt, ita dicens:

Et ego te in oleo salutis ✠ (hinc inungat in pectore) in Christo Iesu ✠ (hinc inter scapulas) Domino nostro, vt habeas vitam æternam, & viuas in sæcula sæculorum, Amen.

Chrys. hom. 6. in cap. 2. epist. ad Coloss. Ambr. lib. 1. de sacram. cap. 2. Cyrill. Hierosol. Cateches. 2. Mystag.

Deinde quærat à baptizando, si adultus sit.

Vis baptizari? *vel*, *Wilst du getaufft seyn?*
Responsio.

Volo. *Ja Herr ich will.*

Vel à Patrini, si infans sit.

Vultis infantem baptizari? *Wolt ihr das Kind getaufft haben?*

Responsio Patrini.

Ita. *Ja herr.*

Sacerdos.

Nennet das Kind.

Responsio. N.

Deinde Sacerdos diligenter quærat de infante ab obstetrice, & alijs, an sit baptizatus dicendo in vulgari.

32

Ist das Kind getauffte vel, Ist das Kind geghe-
tauffte

Si Sacerdos certò cognoscat infantem ritè esse baptiza-
tum in aqua naturali sub debita verborum forma, tunc ne
in graues iuris pœnas incidat, neq; simpliciter, neque sub
conditione ipsum rebaptizare debet, sed alia facere, quæ
solent post baptismum fieri, scilicet chrismate inungere,
mitram imponere, cæterosque ritus perficere. Sed si qua-
cunq; etiam ratione dubitat, (quæ semper est via tutior)
an sit ritè baptizatus in aqua naturali sub debita forma ver-
borum, puta quòd ab obstetrice, aut laico aliquid præter
morem Ecclesiæ factum, aut omissum sit, tunc propter du-
bium debet ipsum baptizare sub conditione, & sub ista
verborum forma nominato nomine eius.

N. Si es baptizatus (**baptizata**) non te re-
baptizo, sed si non es baptizatus (**baptizata**)
ego te baptizo, in nomine Pa **✠** tris, & Fi **✠**
lij, & Spiritus **✠** sancti.

Si verò non est baptizatus priùs, tunc nominato nomi-
ne eius debet ipsum baptizare simpliciter sine conditione
hac verborum forma:

N. Ego te baptizo in nomine Pa **✠** tris,
& Fi **✠** lij, & Spiritus **✠** sancti, Amen.

Nota optimus baptizandi modus est tenere puerum
manu sinistra supra fontem, & manu dextera ter aquam
fundere super caput pueri, vt per scapulas defluat.

Deinde patrini suscipiant infantem, & teneant super
fontem,

Ordo baptizandi.

33

fontem, & Sacerdos intincto pollice in chrismate, faciat crucem in vertice infantis seu summitate capitis, & non in fronte, dicens:

Ambr. lib. 2. de sacram. cap. 7. Aug. serm. 206. de tempore. Cyrill. Hierosol. Catech. 3. myst.

OMnipotens Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu sancto, qui que tibi dedit remissionem peccatorum ipse te linit **✠** chrismate salutis in Christo Iesu Domino nostro, in vitam æternam, Amen.

Deinde ponat mitram super caput baptizati, & dicat:

N. Accipe vestem candidam, sanctam & immaculatam, quam sine macula perferas ante tribunal Christi, vt habeas vitam æternam, Amen.

Ambr. lib. de his qui mysterijs initiantur c. 7. Aug. serm. 157. de tempore.

NOTATIO.

Sacerdos priusquam à baptisterio digrediatur pollicem dexteræ sale fricabit, & supra fontem manus aquâ purâ abluet, susceptores extra fontem. Quo clauso sacrum oleum cum chrismate eâ, quâ allatum est reuerentiâ, hoc est præeunte ministro cum candela ad suum locum referet.

Præmissis omnibus apud baptisterium ritè peractis, Sacerdos procedat ad altare, & si baptizatus est adultus communicet, sin in fans, ponat Sacerdos de vino in os eius dicens:

III.
Agenda apud altare baptizatio-
ne peracta.

E

N. Hu-

Ordo baptizandi.

Hieron. in
cap. 55. Esai.

N. Huius vini perceptio sit tibi in salutem æternam corporis & animæ, Amen.

Deinde det baptizato candelam, si adultus sit; sin
verò infans, ipse eam teneat cum Patrino
aut obstetrice, dicens:

Gregor. Na-
zianz. in S.
lauacr.
August. in
Psal. 65.

N. Accipe lampadem ardentem, custodi baptismum tuum, ut cum venerit Dominus ad nuptias, possis occurrere ei in aula cœlesti, & viuas in sæcula sæculorum, Amen.

Ad extremum addat sacerdos.

Vade in pace ✠ vel: Pax tecum ✠, Fides tua te saluum (saluam) fecit.

Peracto baptismo eiusque cæremonijs sacerdos, si istud iam factum non sit, designet ex pluribus, qui fortè baptismo, ut susceptores adfuerunt, ac baptizatum tetigere, duos, qui in codicem pastoralem referantur, eosque officij sui, quemadmodum supra dictum fuit, admoneat.

ORDO BAPTIZANDI
plures, siue illi eiusdem, siue
diuersi sint sexus.

I.



Acerdos ad euitandam confusionem, quæ oriri potest, si plures vna actione baptizentur, sine necessaria iustæ ratione multos simul ad baptismum non leuiter admittet.

II.

Si tamen res ita postulet, primùm masculos